

Philosophia f
cum fonte primo

Quicumque ad scienciam pertingere
cupit, si relictis ueritate artium reliquis
se implicare uoluerit, materiam laboris
ut non dicam infinitam plurimam
inueniet et fructum exiguum.

Quapropter mihi uidetur primum
operam dandam esse artibus ubi
fundamenta sunt omnium et pura
simplaque ueritas aperitur;

et ideo
errant qui
relictis
artibus quasdam
sibi sciencias eligunt

in quibus se posse fieri perfectos putant.

Hugo in didascalicon libro III.

ita ut
quicumque ad scienciam pertingere
cupit, si relictis ueritate artium reliquis
se implicare uoluerit, materiam laboris,
ut non dicam infinitam, plurimam
inueniat et fructum exiguum.
denique artes sine appendiciis suis
perfectum facere lectorem possunt, illa
sine artibus nihil perfectionis conferre
valent, maxime cum nihil in se
expetendum habeant unde lectorem
inuitent nisi traductum ab artibus et
accommodatum, neque quisquam in eis
quaerat nisi quod artium est.
quapropter mihi uidetur primum
operam dandam esse artibus ubi
fundamenta sunt omnium, et pura
simplexque ueritas aperitur,
maxime his septem quas praedixi, quae
totius philosophiae instrumenta sunt.
deinde cetera quoque, si vacat, legantur,
quia aliquando plus delectare solent
seriis admixta ludicra, et raritas
pretiosum facit bonum. sic in medio
fabulae cursu inventam sententiam
avidius aliquando retinemus.
verumtamen in septem liberalibus
artibus fundamentum est omnis
doctrinae, quae prae ceteris omnibus ad
manum habendae sunt, utpote sine
quibus nihil solet aut potest disciplina
philosophica explicare et definire. hae
quidem ita sibi cohaerent et alternis
vicissim rationibus indigent, ut si vel una
defuerit, ceterae philosophum facere non
possunt. unde mihi

errare videntur qui
non attendentes talem in
artibus cohaerentiam quasdam
sibi ex ipsis eligunt,
et, ceteris intactis,
in his se posse fieri perfectos putant.

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3, 4 (C.H. Buttimer ed., p.55, ll.1-22).